UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

16. Ideo ex fide, vt seundùm gratiam firma sit promissio omni semini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Visual Library

iuſtificantem, imputatiuam iuſtitiam, & ſolam remiſsionem peccatorum, ſtabilire & firmare omni ſtudio & contentione niſus eſt, ſic ex hoc loco certitudinem gratiæ, alteram ſolius fidei prolem, alterum huius ætatis portentum, fabricaret ac roboraret. Viſa eſt enim diuiniſsima hæc Apoſtoli ad Romanos epiſtola noſtræ ætatis hæreticis ad varia ſua noua idola ac portenta opinionum fabricanda, inſtrumenta & arma fortiſsima ſuppeditare. Quod non niſi cum perſpicua Apoſtolici textus deprauatione aggreſſos illos fuiſſe, Caluinus ac Beza, cæterorum omnium principes, hactenus indicarunt, & in ſequentibus adhuc indicabunt magis: ſi vota noſtra ſecundet Deus, detque perficere quod dedit velle.

16. *Ideo ex fide, vt ſecundùm gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini.*

ADmodum peruersè hæretici hodie hæc verba exponunt. Ideo ex fide (inquiũt) conſequimur hæreditatem, fide ſcilicet ſpeciali apprehendente promiſsiones, & certò ſtatuente hæreditatem ſibi promiſſam ſuam fore, quia non poteſt eſſe firma talis promiſſio gratuita in conſcientijs fidelium, niſi ex fide eſſet, & non ex lege, id eſt, non ex vlla obligatione ſeruandæ legis, aut conditione legis obſeruatæ. Talis enim conditio vel obligatio redderet illam nobis prorſus incer- Chemnitius & alij.

 tiſsimam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiſsimam, cùm nemo legem ſeruet totam
perfectè ſicut oportet. Hæc illi. Sed perue-
tunt totum Apoſtoli ſenſum, qui talis eſt.
Ideo ex fide pendet promiſsio benedi-
nis in Chriſto, & non ex lege, vt ſit firma om-
ni ſemini, id eſt, vt ſit generalis, & ad om-
omnium gentium electos ſe extendat, n
vt conſcientijs ſingulorum ſit firma, de q
re nihil hîc Apoſtolus diſputat. Ideo hæ
tici hunc locum citantes, illa vltima ve
(omni ſemini) vt plurimum omittunt. Eſ
ſanè parum firma promiſsio de redemp
gratuita per Chriſtum, ſi à conditione
pletæ prius legis, aut operum præceden
merito penderet. Sed hoc nemo Catho
dicit, etſi à quadam neceſſaria in adultis
poſitione, cuius vna pars fides eſt, eam
dere certiſsimè credit Catholica Eccl
Caluinus hîc fidem pro certitudine g
accipiens, ſicuti in præcedêtibus, *Vides*
vt Apoſtolus fidem ex firma ſtabiliq; certitudine
mans, hæſitantiam ac dubitationem pro incr
tate ducat, qua & fides aboleatur, & abroge
miſſio. Atqui Apoſtolus promiſsionis d
firmitatem docere volens, reſpectu la
dinis eius, non vt à ſingulis certa fiducia
prehendatur, ſed vt à Deo ſecundùm ip
gratiam ac propoſitum in vniuerſum om
bus electis conferatur, docet illam no
buiſſe *ex lege eſſe*, ne ſic ad ſolos Iudæos
pertineret, *ſed ex fide*; quia ad fidem om
nati

Promiſſio hæreditatis cur ex fide, non ex lege.

nationes vocandæ erant, & omne ſemen Abrahæ per imitationem fidei Abrahæ cenſendum fuit. Quare & Caluinus particulam illam, *omni ſemini*, penitus hoc loco neglexit.

25. *Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.*

DOcet luculenter hic locus, iuſtificationem noſtram, ex ipſius Pauli ſententia, nec ex ſola fide, nec ex ſola remiſsione peccatorum quam fides apprehendit, conſiſtere; ſed ex ipſa vitæ nouitate, boniſque operibus quæ in Chriſto regenerati præſtare debent. *Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra*, vt nos peccato moriamur, depoſito veteri homine cum actibus ſuis. Reſurrexit autem *vt nos cum illo reſurgamus in nouitate vitæ*, quod poſtea in 6. capite latè Apoſtolus proſequitur. Hanc nouitatem vitæ, quam Chriſti reſurrectio partim ſignificat, partim etiā efficit, cuiuſq; partim ſignificatio & documentum (vt in 6. cap. docet) partim cauſa efficiens eſt, vt hîc affirmat, *Iuſtificationē noſtram* vocat Apoſtolus: quia videlicet ex hac nouitate vitæ iuſtificamur & iuſti ſumus coram Deo. De ſignificatione dicit S. Auguſtinus: *Noſtram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reuiuiſcentem vitam noua ſua reſurrectione ſignauit.* Et paulò pòſt pulchre ex Scripturis docet, quomodo, quæ à Chriſto geſta ſunt, varia in nobis gerenda ſignificabant. *Quicquid* (inquit)

Iuſtificatio ex bonis operibus.

Reſurrectio Chriſti noſtrā iuſtificationē ſignificauit.

In Enchirid. c. 41.

Cap. 53.